



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus XVI. De Adulteriis & Stupro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

deponendum esse , non etiam esse depositum . Navarr in *Summae* c. 27. n. 156. Et ut ipso jure possit dici infligi pena ista , non tamen est propriæ pena depositionis , sed potius suspensionis , cum super vera depositione non dispenses . Episcopus , cui tamen dispensatio ex casu , non subsecuta deformatione , est permisæ , cum Pont. iudeato in tali casu dispenses . Hoc ita de jure veteri .

SHodie ex decreto Conc. Trid. Sess. 25. c. 19. De reform. propter frequentes cædes detestabilis est indicatus duellorum usus , & generaliter non tantum Clericis , verum etiam laicis inhibitus sub pena excommunicationis ipso facto incurrandæ , non tam per ipsos pugnantes , etiam nemo occidatur ; verum & per consilium dantes , quovis modo suadentes , spectantes , nisi fortè ex occulto spectent , cum sint quasi non presentes & non concurrentes ; aut dantes auctoritatem sua præsentia duello , quod alias à partibus sine arbitrio existentibus non committeretur . Item per Principes aliosque Dominos temporales , qui locum ad amonimachiam in terris suis inter Christianos concesserint : qui præter ea jurisdictione & dominio loci , in quo vel apud quem duellum fieri permiserint , si cum ab Ecclesia obtineant , privantur ; si fidelis sit , directo domino statim acquiritur . Deinde pugnantes , eorumque patres , ut vocantur , bonorum suorum proscriptionis , ac perpetuæ infamiae peccatum incurunt ; qui ut homicidae juxta sacros Canones puniti , & si in ipso consilium decesserint , Ecclesiastica carete sepultura jubentur .

Exceptionem autem dicta patiuntur in pugna susceptra ratione justæ defensionis contra injustum invasorem , qua de re actum spon-

Tit. 12. * Bono etiam publico hoc genus pugnae sub votis videntur esse extra culpam , uti cum hoste publico , ad evitandas bellii calamitates ; tunc enim non est tentare Deum , quod lex divina vetat : nec hostem tollere est homicidii reatum lege vetitum committere , sed officio boni militis fungi . Quo modo certamen Davidis cum Philisteo approbatum à Deo & auctoritate Martini V. Pont. Carolus Andegavensis & Petrus Tarragonensis controversiam super Regno Siciliæ hoc modo sòpire decreverunt , quamvis ea res non carcat

temeritate , cum summa rerum unius atque terius peticulo committatur . Navar. c. 11. n. 15. * Ubi putat in milibus totius posse duella cum hoste provocante fulgere , accedente auctoritate supremi Principis , nam vanæ gloriæ causa , quam ad condandum principali victorii belli & reprobati exercebitur , quam non parum promovet , 15. n. 27. Vafq. Cony. c. 49. n. 15. & in Anna Instit. Moral. p. 3. lib. 2. c. 5. q. 4. Quicquid contigit nuper in Belgio anno 1609. post Silvam Ducis , ubi viginti milites Godenses donecquid provocata totidem Gallicana servientibus , feliciter pugnaverunt , apud unum omnes profligauit , à suorum quaque desideratis .

T I T U L U S X.

De Sagittariis,

BAlistarum usus in faxis & sagittariis olim frequens fuit in bello , quoniam cem hodie alia tormenta supplerunt plus tam inferentia . Horum usum , cum parum conuenient Christianis moribus , prohibet Iacobus Pont. sub pena excommunicationis , cap. 4.

T I T U L U S XVI.

De Adulteris & Stupro.

S U M M A R I U M.

1. Adulterium à quo & cum quibus committitur.
2. An cum sponsa aliena?
3. Accusare de adulterio quibus licet , & quod tempus.
4. Adulterium ponit peccatum mortale.
5. Pœna adulterii.
6. An fuerit aliquando pœna capitalis?
7. Patri filiam in adulterio deprehensa , rito uxorem an occidere licet?
8. Adulter occulus an debitum exiguntur , altero adulterii ignaro?
9. Qua causa à pœni adulterii excepta?
10. Hares mariti an recte accuset viam quæ effectum lucrandi adest?

11. Abolitio facit quoque cessare pœnam.
 12. Maritus dorem amittit, uxorem in adulterio
 inventam occidens.
 13. Necesitas extrema an excusat.
 14. Stuprum quid, quotplex, ejusque pœna.
 15. Seductam suprans ad quid teneatur.
 16. Quid si sub promissione conjugii?

P Olt injuriam circa corpus per lœsionem
 datum gravissimam continet Adulterium,
 cum rem inter homines sacratissimam violet;
 est enim violatio thori alieni.

Iure civili tantum committitur cum con-
 jugata, sive à soluto sive à conjugato, non
 etiam cum soluta: unde *l. Fugitivus 225. D. de*
V. S. adulterium vocat alienæ matris fam. cor-
ruptionem. Ratio est in semini confusione,
& prolixis incertitudine; quo modo majoreo
jure iu faminis desideratur castitas: quam in
viris, canones in utroque conjugum æqua-
lem castitatem desiderant, & utrumque ad
fidei, quam mutuo promisit, observationem
obligant; ut tam vir adulterium commitat,
se alii misendo, etiam solutæ, quam mulier,
can. Nemo xxxii. q. 4. turpius tamen est in mu-
liete, ex dicta ratione.

Q Au committatur in sponsa aliena? R. Ita
 videri posse, per *l. Si uxor 13. s. sed & in ea D. Ad*
L. adul. & per l. 7. Cod. eod. Verius tamen
& verbi significatiōnē accommodatis quis in
eam committi negaverit, eo quod sponsalia
non tam ponant torum, quam spem tori, & jus
non tam præsens, quam futurum; quod impe-
dri posset per matrimonium cum alio contrac-
tum, & aliis quoque modis, de quibus sup. De
sponsalib. pro qua parte recte adducitur textus
in l. 6. s. 1. D. h. tit. ubi dicitur adulterium pro-
prie cum nuptia committi, propter partum ex
altero conceptum composite nomine; quod &
habet l. Stuprum 34. in fine D. h. t. Covar. De
sponsalib. p. 1. s. 1. num. 11. Vide dicta ad D. eod.
nn. 5. & seqq. Non est tamen negandum, gravi-
us peccate cognoscētēm alteri despontatam,
quam solutam, quia graviter lœditur jus alteri-
us, per fidem mutuo datam illi quæsum, ut
necessario hac circumstantia sit aprienda in
confessione, ut recte defendit Sarmient. 2. Select.
interp. c. 5. nn. 3. licet contrarium velit Covarr.
d. loco. Nam quamvis non muret spē ciem, no-
wabiliter tamen peccatum aggraviat, cum ultra

fornicationem contineat violationē datæ si-
 dei cui cooperatur scienter sponsa aliena se
 miscens. Nihil obstat *d. l. 53. s. sed & in ea & d.*
l. 7. quia ea loca accipienda non de proprio
 adulterio, sed de injuria ei vicina, qua adficitur
 sponsus, violata spē tori, cuius ideo habet vin-
 dictam; non tam jure mariti, quia talis non est,
 nec sponsi, quia nihil juris separati habet, quam
 extranei, *d. l. 13. s. si minor; quamvis de ea Cu-*
*jac. s. Obser. c. 16. dubitet, & contrarium sen-
 tiat. Verum aperte patet ex *l. Quamvis 30. C.*
b. t. Non obstat, quod habet Gratianus post
 can. Omne 10. xxvii. q. 2. Si quis sponsam alte-
 rius opprēserit morte moriarur, Deuter. 22.
 quia loquitor de præsenti, ut patet ex seqq.
 canonib.*

Accusatio adulterii utriusque coniugi tribui-
 tur. Et maritus quidem contra uxorem suspe-
 ctam ante ceteros admittitur, *c. 4. h. t.* intra
 sexaginta dies, ex speciali jure mariti, *l. 6. Cod.*
Ad l. Iul. de adult. etiam ante patrem, quo-
 niam justior illius est ira, & propensior do-
 lor, *l. 2. s. si simil D. eod.* Datur & patri tantum
 temporis, quod illi non currit interim, dum
 maritus agit *l. 4. D. d. tit.* postea etiam aliis
 accusare permisum, olim intra quatuor men-
 ses utiles, *d. l. 4. s. 1.* Verum placuit Constan-
 tino accusationem istam restringere ad proximas
 necessariaque personas, scilicet post ma-
 titum ad patrem, fratrem, patruum, avuncu-
 lum, quos verus dolor inficit; & hoc, ne te-
 mere liceat foedare connubia, *d. l. Quamvis*
30. C. eod. Accusatiōnē præscripsi sex mensis,
 quorum duo competunt jure mariti, reliqui
 jure extranei. *d. l. 4.* idque post divorzium;
 nam stante matrimonio non præscribitur huic
 accusationi nisi lapsu quinquenni, *l. Mariti*
29. s. sex mansum cum seqq. D. h. t. Tenerit eti-
 am maritus accusare conjugem, non qui-
 dem criminaliter, sed civiliter, coram judice
 Ecclesiastico, ad toti separationem; aut si no-
 totia fit adultera eam à se removere, *juxta c.*
3. h. t. & l. 2. C. eod. ne concivendo aut dissimu-
 lando videatur consentire peccato uxoris; &
 ejusque exercere lenocinium, *d. l. 2. can. 1. &*
can. Si quis uxorem xxxii. q. 1. Si tamen eam
 purgatam penitentia reperit, non peccat;
 quamvis non debeat sape recipere, ne videa-
 tur sovere relabentem, *d. c. 3. h. t.* Nisi alia via

Zzz scand-

scandalum evitet, quia cum hoc divortium caussetur ex p*recep* scandalis evitandi, cessabit & effectus. Quomodo adultera occulta promittens penitentiam recipitur impunè, uti & emendata recipitur. Adclusa & uxor maritum adulterii, provocando ad divortium errans si non teneatur, nec cessans ullam poenam incurat, cum non sit uxor's maritum corrigeret, *can. fin. xxxii. q. 5.* quem tamquam caput suum agnoscit.

Adulterium extra dubium ponit peccatum mortale, gravius simplici fornicatione, cuius totam malitiam (qua est inter personas suas nullum impedit vinculum) continet, & praeterea viciat indissolubile vinculum, quo auctor naturæ Deus alterum alteri junxit. Quam malitiam non purgat consensu alterius conjugis; quamvis conlentis in alterius turpitudinem non habeat querelam super illata conjugi injuria, *c. Scienti De R. I. in 6.*

Ultra peccatum mortale sunt & aliae propositorum poenae. Prima est, quod auferat exactiōem debiti, concedat separationem tori ad lubitum innocentis, *sup. De divort. qui tamen non impeditur impunè cum emendato conjugi permanere.* Secunda, Dotis donationisque propter nuptias amissio, qua de re *sup. De donat. inter vir. & uxor.* Tertia, *Ex L. Julia* olim erat relegatio & deportatio. * In quibusdam tamen capitaliter suis vindicatum patet ex ijs, quae tradidit Cujac, 6. *Obs. 11.* & 20. *Obs. e. 18.* Postea capitalis omnino inducta poena, uti apparet ex *L. Transfigere C. De transact.* ubi alias frustra à regulâ super capitalibus tradita exciperetur adulterium, cum exceptio sit à regulâ. Pater idipsum ex *I. Casibat 9.* & *d. l. Quamvis C. h. t.* ubi capitalis poena etiam mulieri dicitur propria: Jure novissimo poena hæc in feminis fuit mitigata, quæ verberata in Monasterium derudi julia, relicta viris licentia eas repetendi intra biennium, *Aush. Sed hodie C. h. t.* Ut eo decurrit licet mulieri profiteri, nec sit amplius licentia marito eam revocandi, qui imputare sibi deberet reconciliationem. Quod omnes accipiunt de prævia sententia criminali, nec corrigi per *c. Gaudemus 19. sup. De convers. conjug.* *at ibi Abbas nu. 7.* Jure Canonico ferrut in perseverantem sententia Excommunicatio, *c. pen. h. t.* Clericus reus dicitur suspenden-

dus ab officio, *c. 5. in fine hoc tit. & in Mordrum detrudendus, can. Si quis Clericus Dicitur.*

Receptum præterea jure civili, ut heretri filiam in adulterio deprehensam occideret similem adultero, *I. Paris 10. D. d. quoniam*

causat patria potestas simili & plurimis. Qui licet non minor sit in malo, quatenus illi deest potestas, non impedit homicidium, cum ejus calor & impensis

strenuus, I. Nec in ea 22. D. eod. iusta

commotio mitigat poenam; uti & mentem

cædere adulteri per manum judiciorum

minus puniri facit, L. 4. h. t. Naturaliter

quem domi sua deprehensum impedit,

I. Marito 24. D. eod. uti & iudicium

monitum in scriptis, coram iudicibus

idoneis, inventum cum uxore obsequio

domi sua, vel uxoris, vel adulteri, vel poe-

naris, vel suburbanis, Auth. Spec. 12.

Jure Canonico hæc res non est sine pena

grave, propter detrimentum animi occi-

tati statu. Covarr. De marit. 2. 1. 7. h. 1. m.

12. & seqq. Azor. Instit. Moral. p. 1. b. 5. 2. 1.

Sunt etiam leges. Quo modo & uxori

maritum impedit ab iteratis nupenis uicti-

supra, De marit. contra interd. Ecclesiast.

& 6.

Q. An occultum adulteri posse exigere?

bitum ab altero conjugi adulterii ignorari.

Ita dicendum esse, cum ipso jure non posse

exactiōem debiti, sed tantum ex eo ratione

innocentis: uti probatur ex eo quod si non

eret in conjugis arbitrio remittere & con-

ducere noxam, cum pacta privatorum sita se

nta contra legem communem non habet

partium favorem. Facit, quod exigere ad-

bitum non posse sit poena delicti, quod res po-

dent non tenetur, nec poenam prædictam ex-

sententiam, vel antequam alicui cognoscens delictum alterius se à præstante

bito eximat.

Cessat adulterii accusatio ejusque pa-

saltem privata; Primum, Si uniusque

peccatum, pars etiam delicta mutua conge-

*ssatione tolluntur, *e. fin. h. t.* I. Cum molles &*

Saluto maritum. Dico privata; quia per hoc se

ri publico non prejudicatur, cui ipsa penitentia

salva. II. Si conjugi per vim prædictum in illo

*adulterium, *4. Vim passa D. eod. qui penit.**

culpa. III. Si probabilitet credens maritum monitū uxori alteri se junxit; et si etiam hoc casu culpa mulieris, ut cestat pona, e. Cum per bellum q. can. Si virgo XXXIV q. i. IV. Si decepta putaverit se à conjugi cognosci, cum ab alio cognoscetur, cap. In testum d. q. i. V. Si causam dedit alter coniux, veluti proposito uxorē, cum volenti non fiat iuris, & si uita qui actum puniat, cui causam dedit, e. g. sup. De eo qui cog. consang. ux. VI. Si tempus sit lapsum acutum præstitutū, de quo paullo ante. VII. Si maritus moriarit ante mortam accusationem.

Ubi queritur, An licet ejus hæredi adulterii team facere viduam quoad effectum lucrandi dotem? R. Verius est, non licete, per l. Rejudicata 15. D. Soluto matrim. ubi hæredi degener correctio morum uxoris post mortem mariti. Facit, quod jus accusandi uxorem adulteram, & dotrem lucrandi, concedatur marito, propter injuriam per adulterium acceptam, l. Quamvis jo. C. b. t. Quia cum hæredem non tangat, non est, quod ei detur vindicta; quia haec non solet competere hæredi, nisi in casu dimicuti patrimonii ipsius defuncti, l. Steum 10. s. qui injuriam. D. Si quis cautionib. Etc. Nihil facit ignorantia defuncti, quia ea non mutat iuris dispositionem, quamvis in casu, quo scivit nec egit, presumatur temissio. Vide dicta ad d. b. t. nu. 34.

VII. Si abolitio intervenerit, l. Abolitio 16. C. b. t. quæ hæc in re permitta personis in d. l. 30. aut si maritus destituit etiam abolitionem, d. l. 16. Videtur enim semel in iuriam, aut potius ideo amplius non auditur, quia peccaverit in legem, quam prodidit, l. 2. §. 1. D. eod. Unde & noratur; sicut & is, qui dimissam reduxit: propter fraudem, l. Si quis 33. §. 1. D. eod.

VIII. Si maritus inventam in adulterio occiderit, dotem non lucratur, cum contra legem faciens, ob facinus suum non debet eam lucifacere. Unde per hæredes uxoris à marito exigitur, l. Si ab hostibus 10. §. 1. D. Soluto matrim. Quod & dicendum, si criminaliter contra uxorem agens eam per sententiam Monasterio concludi fecerit: nam uxore intra biennium non repetita, vel marito, antequam reducatur, mortuo, in Monasterio manet; cui omnis ejus substantia adducitur. Nisi liberos habeat, quibus duæ partes relevyantur; aut si tantum

parentes, quibus una pars attribuitur, Auth. Sed hodie b. t. Juxta quem textum intelligendum, e. Gaudemus 19 sup. de convers. conjug. notat Abbas ibid. num. 7. Vid. Sanchez Dematrim. lib. 10. Disp. 10. nu. 8.

Quæri hic posset. An excusat ab adulterio turpitudine extrema necessitas? Respondendum. Id posse videri, argumento acceptiosis rei, quam extrema excusat necessitas, ut dicetur inf. Defurtis; cui non minus subveniri per adulterium aut fornicationem, pretio inde quæsto, potest, quam per furtum: ut quemadmodum in furto non habet legem necessitas, ita nec in adulterio aut fornicatione habere debet, cum lege prohibitum necessitas faciat licitum, l. Qui potuerunt 27. D. de manuif. testam. Verū contraria sententia est si iuranda non ex eo, quod per furtum immediate subveniatur necessitas, non etiam per adulterium aut fornicationem; nam & per hæc vitia si non immediate, saltem mediate, quod satis est, succurri potest: sed quia furtum sit illicitum, siquidem injuriosum proximo. Potest autem illa injuria cessare expresso aut tacito consensu domini, qui hac in re censetur tacite consentire & conformare se legi, uti debet, quæ in casu extremæ inopie communia omnia facit, sicut potius vult communicari. Adulterii vero vel fornicationis turpitudine & malitia in se talis est, ut nullo alio extrinsecus accidente possit purgari, ne quidem coalens mariti, aut etiam ipsius uxoris, & neque in casu periculi vitae, ut recte tradit Covarr. ad Reg. Peccatum p. 2. §. 1. n. 6. Ut etiam licet mulieri vim sibi inferentem impune occidere, & violentia cedens in nullo excusat à peccato, quod voluntarie censetur admisisse; neque enim vis aut metus voluntarium excludit. Hinc Lucretia licet meru morris inducta adulterium admirerit, non ideo extra noxam habetur D. Augustino & aliis, nec purgavit turpitudinem admisam per mortem sua manu sibi illatam, quia ista via doloni quidem animi satis fecit, non etiam turpitudinem abluit. Vid. Pet. à Navar. de Refutat. lib. 2. c. 3. Dub. 7. nu. 104.

Altera Rubr. pars est de Stupro, quod est 14 illicita defloratio virginum aut viduarum honeste viventium, l. Inter stuprum D. de V. S. Aliud est non violentum, quando virgo in sui

TIO-

violationem consentit . quod non continet speciem distinctam à fornicatione : aliud violentum , quod ponit injuriam supra fornicationem , conscientem in violentia . Plebitur hoc posterius pœna mortis , si fuerit per seculum imperfectum deportatione , l. i. in fine D. de extraord. cognit. Illius pœna est publicatio dimidiae partis bonorum in honestioribus , coercitio corporis cum relegatione in humilioribus , §. Item lex Iulianæ de assulto. In iste. De publ. jnd.

15 Jure Canonico seductam stuprata damnum illatum reparare cogitur , aut ducendo aut dando , ex sententia judicis , c. 1. §. 2. h. s. Nisi difficiliter corruptus pater ; tunc enim dotasse sufficiet Reus , si sententia parere noluerit , castigatus & excommunicatus quoad factorum perceptionem , in Monasterium ad poenitentiam agendam detrudendus , d. cap. 2. Quæ pœna non ita passim est in usu , cum Stuprator , si deductam à le non duxerit aut quia non est utriusque confessus , aut quia est inferioris conditionis , condemnatur ad dandum quid nomine danni , ex arbitrio judicis , attenta qualitate virginis . Quod & procedit in calu , quo virgo consenserit in copulam , etiam in foro conscientia ad nihil ei teneatur corruptor , cum volenti non possit dici damnum per injuriam illatum , c. Scient. De R. l. in 6. Soletque proles alenda dari corruptori , quatenus corruptor probatur . Ubi receptum novum probandi genus , scilicet per iuramentum praesertim à corrupta tempore partus , quo prolix patrem certum designat , qui & talis habetur ; ex ratione , quod cum temporis , quia de vita periclitantur parturientes , non cessantur immemores salutis aeternæ , arque ita non temere jurare ; nisi tamen proberetur promiscue plures admisisse corrupta .

16 Qui autem sub promissione conjugij impetravit alicujus virginis usum corporis , retinetur eam ducere etiam ante sententiam ; cum haec promissio sit facta per modum contractus , qui cum ex parte pueræ sit impletus , splendidus quoque ex parte corruptoris , etiamsi ille animum habuerit decipiendi , & sic promiserit conjugium , ne dolus ejus ei proficit . Qui non liberabitur offerendo damni astimationem in iustæ , cum teneatur corrupta

juri quæsto ad matrimonium iusta colli- aliud pro alio accipiendo in solutionem , men conditionis imparitatem sciens , & aut fraudem non obscure ex aliis cognoscere potuerit , sufficiet damnum per ea largitione pensari , cum impunisca- beat sui deceptionem , secundum dictum , 4. Tit. l. nu. 19. §. 20.

T I T U L U S XV.

De Raptoribus , Incendiarii , & Vi- latoribus Ecclesiastis.

S U M M A R I U M.

1. Raptus quando committi diuina.
2. Pœna raptus.
3. An habeant locum in spacio rapti- fiam?
4. Pœna civiles an cessent , subsecutu- ter raptorem & raptam?
5. Raptus an judicandus , non factus quia raptus?
6. In meretrice raptæ & muliere raptæ pœna arbitria locum.
7. Clerici raptores an suspicij puniti.
8. Raptore aliarum rerum a qui ob- puniendi.
9. Incendiarii & violatores Ecclesiastici communicati ipsorum jure?
10. An & incendiarii aliarum rerum.
11. Incendiarii violatores Ecclesiastici punitus concedenda Ecclesiastica ipsorum.

Prima Rubrica pars est de rapto virginitatis , cum aliarum rerum . Aut virginitatem à stupro differt , & proprie- committi , quando virgo libidinis carni- vim adducitur , five illatam abducta , seu parentibus . Jure Canonico pro raptu habetur , quando aliqua volens abducatur , trimonii causa , quod raptor dicit nequa- habet mulieris adueniunt , c. pen. 6. Iure etiam raptus habetur , si mulier volens abducatur , l. Raptore §. 4. in fin. C. Di Epis. & Co- invitis parentibus , & libidinis causa , ver. maximè & ver. oportet etenim C. Di- virg. De quo tamen vide Sanchez. De manu l. 7. Disp. 13. n. 17. §. dicta ad D. tit. ad Lib. 3. p. 4.